

DREIZEHNTES

# GEWANDHAUS-KONZERT

MONTAG, den 22. FEBRUAR 1943, 6 UHR

Dirigent: *Hermann Abendroth*

Soli: *Trude Eipperle, Gertrude Pitzinger, Heinz Marten, Fred Drissen*

Chor: *Die Chorvereinigung des Gewandhauses, verstärkt durch  
Mitglieder des Leipziger Lehrergesangsvereins*

\*

## Requiem

für Soli, Chor und Orchester von **Giuseppe Verdi** (1813–1901)

### I. Requiem

Requiem aeternam dona eis, Domine: et lux perpetua luceat eis. Te decet hymnus, Deus, in Sion, et tibi reddetur votum in Jerusalem: exaudi orationem meam, ad te, omnis caro veniet.

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison.

### II. Dies irae

Dies irae, dies illa, Solvet saeculum in favilla, Teste David cum Sibylla. Quantus tremor est futurus, Quando iudex est venturus, Cuncta stricte discussurus. Tuba mirum spargens sonum Per sepulcra regionum Coget omnes ante thronum. Mors stupebit, et natura, Cum resurget creatura, Judicanti responsura. Liber scriptus proferetur: In quo totum continetur, Unde mundus judicetur. Iudex ergo cum sedebit, Quidquid latet, apparebit: Nil inultum remanebit. Quid sum miser tunc dicturus? Quem patronum rogaturus, Cum vix justus sit securus? Rex tremantae majestatis, qui salvandos salvas gratis, salva me, fons pietatis. Recordare, Jesu pie, Quod sum causa tuae viae: Ne me perdas illa die. Quaerens me sedisti lassus: Redemisti crucem passus: Tantus labor non sit cassus. Juste iudex ultionis, Donum fac remissionis Ante diem rationis. Ingemisco tamquam reus: Culpa rubet vultus meus: Supplici parce, Deus. Qui Mariam absolvisti, Et latronem exaudisti, Mihi quoque spem dedisti. Preces meae non sunt dignae, Sed tu bonus fac benigne, Ne perenni cremer igne. Inter oves locum praesta, Et ab hoedis me sequestra, Statuens in parte dextra. Confutatis maledictis Flammis acerbis addictis: Voca me cum benedictis. Oro supplex et acclinis, Cor contritum quasi cinis: Gere curam mei finis. Lacrimosa dies illa, qua resurget ex favilla judicandus homo reus. Huic ergo parce Deus: Pie Jesu Domine, dona eis requiem. Amen.

Pause

### III. Offertorium

Domine Jesu Christe, rex gloriae, libera animas omnium fidelium defunctorum de poenis inferni, et de profundo lacu: Libera eas de ore leonis ne absorbeat eas tartarus, ne cadant in obscurum: Sed signifer, sanctus Michael, repraesentet eas in lucem sanctam: Quam olim Abrahae promisisti et semini eius. Hostias et preces tibi, Domine, laudis offerimus: tu suscipe pro animabus illis, quarum hodie memoriam facimus. Fac eas Domine, de morte transire ad vitam, quam olim Abrahae promisisti et semini eius.